

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

**Priscianus**

**[Venedig], 15. Dez. 1481**

Liber decimussextus de coniunctione

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)

euax: doloris ut hei. **Virgili. in primo aeneidos. Hei mihi qualis erat**  
quatum mutatus ab illo **Hectore. Et Odolor** atque decus magnum  
rediture pareri. **Virgilius in. xi. & i bucolicis. Ah** scilicet in nuda con-  
xa reliquit. Idem in eodem. **Ah tibi ne teneras** fecet aspera platas **Ti-**  
moris: ut at at: mi homo formidolosus es. **Terentius in cunu. Admi-**  
rationis: ut idem in eodem. **Pape** exuperat ipsam thaydem. **Inter** has  
ponunt etiam sonitum litterarum mutationes ut risus haha hehe &  
phi ha: hœ & hau. **Possunt** tamen esse quaedam dubia inter aduerbia  
& coniunctiones: ut o quâdo indignationē significat uel dolorē: uel  
admirationem: interiectionē hoc accipiunt. **Quando** uero uocâdi est  
uel oprandi aduerbium. potest tamē etiam nomen esse ipsius litteræ  
ut supra diximus: **A** quoq; & præpositio est & interiectio & nomen.  
præpositio ut a summo ad imum. **Interiectio** ut præmostrauimus in  
bucolucis esse positum. **Nomen** ipsius litteræ. **Pro** quoq; tam præpo-  
sitio q̄ interiectio: præpositio: **Vt Virgil. in. xii. Prolator** obtestor: p-  
maietate tuorum: & in. v. **Pro** se quisq; uiri: depromūt tela pharetris  
**Interiectio**: ut **Luc. in tertio. Prohi** remeasset in urbem Gallorū tan-  
tum populis arctoq; subacta. **Optime** tamen de accētibus earum do-  
cuit **Donatus** q; non sunt certi. **Quippe** cum & abscondita uoce: id est  
non plane expressa proferantur: & pro affectus cōmoti qualitate con-  
fundantur in eis accentus. **Aliæ** tamen quoq; partes orationis singu-  
læ uel plures solent interiectiue proferri: **Vt Virgilius in primo aenei.**  
**Nauibus** infandum amissis unius ob rem. **Infandum** pro interiectione  
posuit. **Proprie** tamē uoces interiectionum primirimæ sunt: ut pape  
euax hei heuheu ha: hœ & similia.

### **Liber decimussextus de coniunctione.**

#### **CONIUNCTIO EST PARS ORATIONIS**

**C**oniuunctio est pars orationis  
indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orati-  
onis: quibus consignificat uim uel ordinationem  
demonstrans. **Vim** quando simul esse res aliquas  
significat: ut & pius & fortis fuit **Aeneas.** **Ordi-**  
nem quando consequentiã aliquarum demonstrat  
rerum: ut si ambulat mouetur: sequitur ambulat: o



nem motus: non tamen etiam motum omnino sequitur ambulatio.  
**P**ossunt enim aliqui & accumbentes moueri: ambulare autem sine mo-  
tu non possunt. **A**ccidunt igitur coniunctioni: figura & species: quã  
alii potestatem nominant: quã est in significatione coniunctionum.  
**P**raterea ordo. **F**igura simplex quidem: ut at et sed: **C**omposita uero  
ut atq; etenim sedenim. **H**æc enim ex accentu composita esse noscun-  
tur. **S**pecies sunt coniunctionis: copulatiua: continuatiua: subconti-  
nuatiua: adiunctiua: causalis: effectiua: approbatiua: disiunctiua: sub-  
disiunctiua: difertiuua: præsumptiua: aduersatiua: abnegatiua: collecti-  
ua uel rationalis: dubitatiua: cõpletiuua. **C**opulatiua ẽ quã copulat tã  
uerba quã sensum: ut & q; ac atq; quidem quoque quando pro q; po-  
nitur at aut sed autem uero quando pro autem accipitur: **H**æc enim  
copulant cum confirmatione intellectum. **I**nueniuntur tamen mul-  
ta tam ex supradictis quã aliis coniunctionibus diuersas significati-  
ones una eadem quẽ uoce habentes: sicut uilibus ostendemus ut q; in-  
uenire tiam completiua: **V**t **Virgilius**: **A**lexandrumq; aliumq; neo-  
monaq; priuatimq;. **A**c non solum pro &: sed etiam pro q; accipitur.  
**Virgilius** in tertio æneidos. **H**aud tecus at iussi faciunt: tecto q; per  
herbam. **T**erentius in phormione. **N**unq; atque inquit ac modo pau-  
partes onus uisa est mihi & miserum & graue. **S**alustius in iugurtino  
**P**raterea trãsuersis itinibus quotidie castra mouere iuxta: ac si ho-  
stis adesset uallo atq; fossa munire. **S**imiliter atq; **T**erentius in phor.  
**N**e simili utamur fortuna atq; usi sumus. **C**ontinuatiuæ sunt quæ  
continuationem & consequentiam rerum significat: ut si cum ey græ-  
cum significat. **Q**uando enim ean causalis est: similiter siue sin seu tã  
continuatiuæ sunt quã causales. **P**roprie autem continuatiuæ sunt:  
quæ significant ordinẽ præcedentis rei ad sequentem: ut si stertit dor-  
mit: & si ægrotat paller: & si febr̃i uexatur calet. **N**õ enim uerso ordine  
in his consequentiam sententiæ seruat oratio. **N**on enim qui dormit  
omnino stertit: quomodo qui stertit dormit: nec qui calet omnino &  
febr̃i uexatur. **E**t hæc quidem: idest cõtinuatiuæ qualis ẽ ordinatio &  
natura rerũ cũ dubitatione aliqua essẽtiã rerũ significat: **S**ubcõtinua-  
tiuæ uero causã cõtinuationis ostendunt cõsequẽtẽ sine aliqua dubita-  
tione cũ essẽtia rerum: ut quoniã quia: ut quoniã ambulat mouetur  
quia sol sup terrã ẽ dies ẽ. **V**trũq; enim significat fieri ordine cõsequẽ-  
ti. **Q**uidã tamen & has continuatiuas & subcõtinuatiuas iter species  
causaliã posuerunt: quõ & adiunctiuas & effectiuas: nec irrationabiliter.



Et continuationis. n. & subcontinuationis & adiunctionis & effectiois  
per has causa reddi ostenditur. Continuationis: ut si ambulat moue-  
tur. Adiunctionis: ut moueatur ambulat. Effectiois mouetur ambu-  
lat enim. Est autem quando ut etiam pro ὅτι græca ponitur. **Terent.**  
in phormione. Si est patruæ culpā ut antipho in se admiserit non cau-  
tam dico. Sunt etiam causales quasi proprio nomine quoniam pro-  
dest tibi lege: & heu quia nam tanti cinxerunt athera nimbi. **Virgili.**  
in quinto. Et quōbrem discede. Causales igitur quas alii in una specie  
posuerunt. Apollonius pater herodiani in quinto. Species diuidit quas  
supra ostendimus: id est continuatiuas subcontinutiuas causales ad-  
iunctiuas effectiuas. Adiunctiuæ sunt quæ uerbis subiunctiuis adiū-  
guntur: ut si cum ubi dum quatenus quando in græcam consuncti-  
onem significat. Similiter cū quādo in græca intelligitur: ut si uenias  
faciam: & ut prosi tibi facio. **Virgilius in primo æneidos.** Multa quo-  
que & bello passus dum conderat urbē: Inferetq; deos latio. Similiter  
quatenus id libenter faciat. Et **Virgilius in buco.** Cum faciam uitulā  
pro frugibus ipse uenito. Inueniuntur tamen ex his quædam simul &  
causales: ut ur exerceo te ut sis sanus: Eris doctus si legas. Et hoc inter  
est inter adiunctiuas & proprie causales quæ hæ causales cum affirma-  
tione: illæ cum dubitatione proferuntur. Inueniuntur tamen nomina  
uel pronomina uel etiam præpositiones uel etiam aduerbia: quæ loco  
causalium accipiuntur coniunctionum: pronomina ut ideo eo. Noīa  
qua causa qua gratia quapropter quāobrem & quāobres. Ne quoq;  
quando in græca significat coniunctio est causalis. **Virgilius in secundo  
æneidos.** Ne recipi portis: aut duci in incenia possit. Neu populum an-  
tiqua sub religione tueri. Et nota autem quoq; & neu hic pro copula-  
tiuis etiam cōiunctionibus. inuenitur etiā ne pro neq; quæ copulati-  
ua est cōiunctio. Sub una enim abnegatione copulat res quomodo  
& nec. **Luc. in. i.** Nec si roma ferēs. **Cice. in. iiii. inuecti.** Ne dici quidē  
opus ē quāta diminutione ci iū. Hoc autē id est nequādo in græca si  
gnificat aduerbiū est. Inuenit tamē etiā uerba p aduersatiua cōiuncti-  
one cū aduerbio: ut quāuis p quāq; & p & si quomodo licet & licebit  
**Virgilius in undecimo.** Dicam equidem licet arma mihi mortemque  
minetur: pro quanquā minetur. **Luc. in septimo.** Omnia maiorū uer-  
tamus busta licebit: Et stantes tumulos: & qui radice uetusta Effude-  
re suas uictis compagibus urnas. Plus cinerem hemoniae sulcis tellu-  
ris aratur. & proprie causales sunt: quæ causam antecedētē ostendūt:



causatiua .i. res ex causa antecedente euenientes significant : ut doctus sum nam legi. **A**cole nāque tibi diuum pater atq; hominum rex. **E**t mulcere dedit fluctus & tolerare uentos. **V**irgilius in primo ancidos. **E**t sic tibi labor enim quando hac te cura remordet. **A**pprobatia sunt quae approbant res: **V**t **V**irgilius in .xii. **E**quidem merui nec de precor inquit. **T**erentius in phormione. **I**ta cognatam quidem at nos unde. **I**nueniuntur & casuales pro approbatiuis: **V**t **V**irgi. in secūdo ancidos. **D**ii si qua est caelo pietas quae talia curat. **I**dem in primo **S**i quid usq; iusticiae est: **I**dem in quinto **S**i concessa peto: si dant ea mea parce. **E**t sciendum q; quando approbatiuae sunt: indicatiuo modo iunguntur. **D**isunctae sunt quae quis dictiones coniungant: sen // sum tamen disunctiuum habent: & alteram quidem rem esse: alterā uero non esse significant: ut ne uel aut: **V**t **V**irgilius in septimo. **S**ive errore uia: siue tempestatibus acti: & uel dies est: uel nox. **I**uuenalis i primo: **A**ut die aut accipe calcem: **V**irgilius in secundo ancidos. **A**ut aliquis latet error equo ne credite teucris. **A**ut hac in nostros fabricata est machina muros. **E**t est quando indicatiuae dicuntur. est quādo dubitatiuae: ut **A**ut lux est: aut tenebre: **D**ubitatiuae: ut aut prodest aut non prodest diuicias querere. **S**ubdisunctiuae sunt quae uoce disunctiuarum utrunq; tamen esse significant: uel simul: ut copulatiuae uel discretae simul: ut **T**erentius in eunuc. **V**el rex semper maximus mihi gratias agebat: pro etiam rex. **I**dem in phor. **V**el oculum excludito: est ubi uos ulciscar locus. & **A**lexander siue **P**aris: pro alexāder qui paris dicitur. **S**imiliter mars siue mauors: gradus uel maspiter praesul est bellorum. **D**iscrete tamen utrunq; simul esse significat: ut tota die uel legit iste uel cogitat. significat enim & legere & cogitare: sed non simul utrunq; facere sed alius horis legere: etiā aliis cogitare. **S**imiliter remex uel expellit remum uel attrahit. cum simul pene utrunque fieri intelligo sed distincte. **A**lius est enim motus pellentis alius trahentis. **S**imiliter si dicam uel tunicam mihi accommoda: uel etiam penulam. **S**ubdisunctiuum est. uideor enim in alterius petitione libenter utrunq; accipere. **S**ed potest hic etiā disunctiua esse. **A**liud est enī alterutrum petere: aliud utrunq;. **E**rgo si dicam uel tunicā uel penulam alterutrum ostēdo: cū uero addā ibi etiā tunicam: ostēdo uel unā rem uelle uel duas: qd disunctiuū ē. **I**nuenitur tamē uel con/iunctio ēt diminutionē significās: ut **L**ucanus in .iii. **O** felix si te uel sic tua roma uideret. **D**isertiuae uel electiuae sūt quādo diuersis psonis



aliquod nos ex eis eligere ostendimus: ut diues uolo esse q̄ pauper.  
**Terētius in andria.** Quæ inhoneste hic uoluit diuitias parare q̄ hone-  
ste in patria paup̄ uiuere. Est aut̄ q̄ accusatiuus quæ infiniti nominis  
& aduerbii similitudinis. **Vt Terē. i phormi.** Quam iniq; cōparatum  
est put & dupl̄scatum: p̄ cōstructione aduerlatiua accipitur. **Vt Vir.**  
in sexto. Quāq; o sed superent quibus hæc neptune dedisti. **Idē in. i.**  
æneidos. Quāq; an̄imus meminisse horret: Aduerlatiua sunt quæ  
aduersum cōuenienti significant: ut tamē quāq; quis & si etiam si sal-  
tem: Hæc etiam diminutiua significationem habet: **Vt Vir. in. iiii.**  
æne. Saltem si qua mihi de te suspecta fuisset **Ante fugā ioboles.** **Idē**  
in secundo: **Et magis atq; magis quāq; secreta parentis Anchisæ do-**  
**mus: arboribusq; obtecta recessit.** **Clarescunt sonitus.** Aduersum enī  
conuenienti significat. at quoq; pro saltē & uel & aut inuenitur. **Vir.**  
in sexto. **Si te nulla mouet tantæ pietatis imago** **At ramum hunc ape-**  
**rit ramum qui ueste latebat** **Agnoscas: & si non uis dicere uel intelli-**  
**ge: pro saltē intellige.** Similiter si nō factis debitum reddis: aut uer-  
bis age gratias: p̄ saltē uerbis. **Ne quoq; in eadē inuenitur significati-**  
**one.** **Salustius in catilinario:** Quippe secundæ res sapientiū animos  
fatigant: ne illis corruptis moribus uictoriæ temperarent. **Inuenitur**  
etiam in hac significatione nec & neq;: ut nec una hora auarus negli-  
git lucrum neq; pius iusticiam: neq; unū assē præstat illi egēti: nec  
hic abnegat petenti aliquod profus: quod potest & decet. **Abnegati-**  
**uæ sunt apud græcos κεν & αν:** quæ uerbis cōiunctæ posse fieri rem o-  
stendūt: sed p̄pter causam aliquā ne fiat impediri: ut **ετοι ησσανει Δο-**  
**νησει ηνκαί γνησει κεν πρία μοσ πρία μοι οτε πια Δεσ.** Nos autem si-  
ne cōiunctionibus abnegatiuis: subiunctiuis utimur uerbis in huius-  
cemodi sensibus: ut fecissem si potuissem. **Et gaudeat Priamus si au-**  
**deat:** **Vir. in. xi.** Tu quoq; nūc stares imanis truncus inermis esset p̄-  
ætas. & idem. **Si robur ab annis stares** **εσακσαν:** **Collectiua uel rōna-**  
**les: ergo igit̄ itaq; quādo ante penultima acuitur: quin alioquin im-**  
**mo utiq; atquin.** Hæc enim per illationem colligunt supradictum:  
hoc est ratione confirmant: **Vt Cicero pro ligario.** **Habes igitur qd̄**  
**est accusatori maxime optandum cōfitemtem reum.** **Lucanus i nono**  
**Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus.** **Inuenitur tamen etiam pro-**  
**expletiva: Vt Terentius in andrianis.** mihi ne tibi ergo: **Virgilius in**  
**decimo.** **Quin occidit una serpedon mea progenies.** **Terēti. in eunu.**  
**At qui ita opus est** **Cicero pro ligario.** **Itaque quo me uertam nescio**



Dicuntur tamen hæ eadem illatiua quod præpositis aliis inferuntur  
**Vt** Catilinam Cicero solus sapientia domuit. Solus igitur Cicero pa-  
triam seruauit Dubitatiuæ sunt quæ significant dubitationem : ut an  
ne correpta necne: **Vt** Virgilius in.iii.ænei. Eloquar an silcã gemitus  
lachrymabilis immo. **Idẽ in primo æne.** An phœbi soror an nympha  
rum languinis una. **Idem i undecimo.** Iustitiã ne prius mirer belli ne  
malorum. **Frequentissime tamen hæ eadem interrogatiuæ sunt: Vt**  
**Virgilius in tertio æne.** Hectoris andromachæ pyrthin cõnubia ser-  
uas. **idem in decimo.** Tanton me crimine dignum. **Hæ eadem inue-**  
**nitur & pro confirmatiua.** **Horatius in secundo sermonũ** Clarus erit  
fortis iustus sapiens ne etiam & rex. **idem in eodem.** O seri studiorum  
qui ne putetis difficile. & mirum rhodio quod phitæ leonti contigit.  
**Terentius in and.** Nunc ne demũ istud uerbum in te incidit. **Hic eni-**  
**ne coniunctio nec interrogatiua nec dubitatiua: sed cõfirmatiua ẽ.** **Vir-**  
**gilius in. x.** Tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluptas **Vt** pro me ho-  
stili pateret succumbere dextra. **Est enim ne pro etiã.** Sola hæc apo-  
strophem accipit apud latinos. **Necne** quoque pro an non accipitur:  
ut sit sensus. in morte necne prodest recte uiuere **Completiuæ** sunt ue-  
ro autem quidem equidem quoque enim nã [nãq; & fere quæcunque  
cõiungationes ornatus cã uel metri nulla significationis necessitate  
ponuntur hoc nomine nuncupantur. **Omnẽs tamen hæ inter alias**  
**species inueniuntur.** **Aeneas uero & pius & fortis fuit completiua ẽ**  
quia & si tollatur uero significatione integra manet. **Sin autẽ dicam Ae-**  
**neas quidẽ pius fuit: Vlyxes uero astutus:** hic pro copulatiua accipi-  
tur: quia utriusq; rei simul essentia significat cum substantia: potest  
tamen & distributiua dici: quia distribui diuersas res diuersis personis  
**Completiua autem esse etiam Salustius ostendit in catili.** uerum eni-  
uero iis demum uiuere & frui anima uidetur. **Hic enim ornatus cau-**  
**sa uero adiuncta est quã quis possit etiam approbatiua esse.** **Similiter Vir-**  
**gilius in. xii.** Equidem merui nec deprecor inquit poterat sensus stare  
si dixisset sine equidẽ: ego merui nec deprecor **Sed** siue metri cã siue  
ornatus cã addidit equidẽ. **Vnde nec intulit aut uero subiunctiuas**  
eius uel tamẽ: q̃ ipsa quoq; cõpletiua inuenitur sapissime: ut **Strati. in**  
**xi.** Me miserã uinces: prius hæc tamẽ arua necesse ẽ **Experiare domi**  
**Sciendũ tamẽ q; quidã equidẽ coniunctionem compositam esse exi-**  
**stimant: ab ego & quidem: sed errant.** **Simplex enim est: & hoc ma-**  
**xime ex ipsa quoque constructione orationis possumus intelligere.**



Nam equidem facio: equidem facis equidem facit dicimus. Et potest  
& ad primam & ad secundam & ad tertiam transferri personam: quod  
minime fieret si esset compositum ex ego & quidem. Nemo enim di-  
cit. Ego quidem facis: ego quidem facit: sed ego quidem facio tantum-  
modo ad primam personam. Et hoc usus auctorum etiam approbat  
qui equidem praeposita ego subiungunt: Vt Salustius in catilinario  
Equidem ego sic existimo patres cruciatus. Si esset etiam composita  
equidem ex ego & quidem minime ei ego subiungeretur. Quoque qua-  
do pro etiam uel et accipitur copulatiua est: Vt Vir. in. vii. Tu quoque lit-  
toribus nostris aenea nutrix. Quando autem superuacua ponitur com-  
pletiua est. Virgilius in primo. Multa quoque & bello passus. Nisi quod  
quidam existimant: ut pro aduerbio similitudinis accipiat: quomo-  
do item enim quoque cum sit causalis ὅτι γὰρ significat: ut cole pudici-  
ciam: Haec enim fundamentum est omnium animi uirtutum. Inue-  
nitur tamen eadem etiam completiua quando δὲ significat gratiam  
coniunctionem: ut Progeniem sed enim troiano a sanguine duci Au-  
dierat. Virg. in primo. Inuenitur eadem etiam per affirmatiua: ut Te-  
rentius in andria. Enimvero daue nihil loci est segnitiae. neque secordiae  
& maxime praepositiua haec habet significationem: ut idem in adelphis  
Enim non sinam. Similiter nam quomodo enim est: quando γὰρ est  
quando δὲ gratiam coniunctionem completiuam uel affirmatiua signi-  
ficat: Vt Virgilius in quarto geor. Nam quis te iuuenum confidentis-  
sime nostras Iussit adire domos ἵσθαι hic repletiua uim habet. Idem  
in quinto. Heu quia nam tanti cinxerunt aethera uimbi. Idem in pri-  
mo ancidos. Acole: namque tibi diuum pater: atque hominum rex. hic cau-  
salis est. Ordo accidere dicitur coniunctionibus qui communis est pene  
omnibus dictionibus. Quaedam enim naturaliter praeponunt: ut praepositi-  
oef casualibus: & aduerbia pleraque uerbis & interrogatiuis & infinitis relati-  
ua subiungunt uel redditua nomina uel aduerbia uel adiectiua nomina praepo-  
nunt appellatiuis: ut sapiens homo & citus equus. Est tamen quando  
auctoritas praepostere his utitur. Similiter igitur coniunctiones pleraque tam  
praeponi quam supponi possunt. Sunt tamen quaedam quae semper praeponuntur  
ut at aut ac uel nec neque si quin quatenus sin seu siue ni. Aliae quae  
semper supponuntur: ut quae ne ue: quae etiam encliticae sunt: quidem quoque au-  
tem: quod solebant antiqui etiam praepondere. Aliae pene omnes indiffe-  
renter praeponi & supponi possunt: ut atque quae poetice praeponuntur  
aliter non: Vt Virgili. in. ix. Suspiciens altam lunam: & sic uoce precatur



**Horatius in .i. sermone.** Cum me hortaretur parce frugaliter. Atque uti uere uti contentus eo quod mihi ipse parasset. Et equidem ialem tamen quam quando quatenus nam enim ita quoniam quapropter ergo igitur quia. Et sciendum quod pleraque coniunctiones quomodo prepositiones diuersitas habent in una eademque uoce significationes: quod in multis iam ostendimus. Hoc quoque non est pratermittendum quod coniunctiones sibi preposita inueniuntur tam eiusdem potestatis cum sint quam alterius: ut Cicero in prognosticis. Ast autem tenui qua candet lumine phatnae Vir. in .i. Atque equidem teuerum memini ludona uenire. Idem in tertio. Nam neque erat astroque ignes. nec lucidus aethera Sydera polus.

**Liber Prisciani Minoris.**

**Q**UONIAM IN ANTEEXPOSITIS LIBRIS de partibus orationis in plerisque Apollonii Auctoritatem sumus secuti: Aliorum quoque siue nostrorum siue graecorum non pratermittentes necessaria: & si quid ipsi quoque noui potuimus addere. Nunc quoque eiusdem maxime de ordinatione siue constructione dictionum quam graecis ὑποσημῖν uocant uestigia sequentes: si quid etiam ex aliis uel ex nobis congruum inueniatur non recusemus interponere. In supradictis igitur de singulis uocibus dictionum ut possebat earum ratio tractauimus. Nunc autem dicemus de ordinatione earum: quae solet fieri ad constructionem orationis praefecta. Quemadmodum necessariam ad auctorum expositionem omnium diligentissime debemus inquirere. quod quemadmodum litterae aptae coeuntes faciunt syllabas. & syllabae dictiones: sic & dictiones orationem. Hoc enim etiam de litteris tradita ratio demonstrauit: quae bene ab Apollonio dicuntur prima materies uocis humanae indiuidua. Ea enim non quocumque modo iuncturam ostendit fieri litterarum sed per aptissimam ordinationem: unde & litteras ueresimiliter dicunt auctores appellari: quae si legitteras: eo quod legendi iter praebent ordine congruo positae. Nec non et a litteris syllabae idem recipiunt cum ex his coeuntes iuncturae pro debito dictionem perficiunt. Igitur manifestum est quod sequens est ut et dictiones: cum partes sint per constructionem praefecta constructionis τῶν κατὰ δὴν τῶν λέξεων ἐν ἀρμύσῳ δὴν τῶν λέξεων διὰ νοίαν ἐχούσαν αὐτοῦ ἐλῆν aptam structuram. i. ordinationem recipiant. Quod enim